

# SANCTI SONNATII

RHEMENSIS EPISCOPI

## STATUTA.

(Ex Flodoardo Hist. Rhen. Eccles.)

### CAPUT PRIMUM.

*Sine fide, teste Apostolo (Hebr. xi), impossibile est Deo placere, ideoque mandamus omnibus ut exakte doctrinam fidei, juxta verbum Dei et sanctam Ecclesiam Romanam traditionem, teneant sequanturque. Et quicunque pastores sunt quae ad instruendum populum et gregem pertinent discant et sciant, et suos ad officia virtutum excitent.*

### II.

*Fidelibus pie sacramenta ministrent, semperque afferant quod ad explicandam utilitatem sacramenti et institutionem pertinet.*

### III.

*Mercedem non accipient, sed in Deo confidant, qui dat escam pullis corvorum invocantibus eum (Psal. cxvi).*

### IV.

*Baptizaturus sit sobrius, idque honeste expleat, verba attente proferat, et debite de parentibus informet.*

### V.

*Confirmationis sacramentum habet donum roborantis Spiritus sancti, et ubiorem gratiam profert, ideoque non negligatur.*

### VI.

*Remissio peccatorum et expiatio sanguine Domini nostri Iesu Christi nititur præcipue, et ab eo pendet.*

### VII.

*Curet pastor ovem suam, et non negligat : ei injungat interesse missæ sacrificio diebus solemnibus et Dominicis ; agnoscat ejus faciem ; et si bis absit in anno, prohibeatur eidem ecclesiæ ingressus, et cœreat pastorali sepultura et consolatione.*

### VIII.

*Nemo tempore quadragesimæ poenitentium confessiones audiat præter pastorem. Hujus enim interest ovem recognoscere, pro qua suam animam generat Domino.*

*Statuta. Hæc statuta accepta ex majori monasterio (Gallice Marmoutier) a sancto Martino adificato in suburbis civitatis Turonensis, cum seruus ad manus nostras pervenissent, visum est appendicis loco adjicere. Etsi eniu sint in his quædam quæ non videntur redolere tantam antiquitatem, ut quod titulum pastoris tribuat parochis, qui atque Sonnatti et multo post presbyteri tantum aut sacerdotes solent appellari; quod item festum Nativitatis beatæ Mariæ inter festa celebranda repoulat, quod in his partibus non videtur tam antiquum fuisse, quandoquidem Fulbertus Carnotensis, qui vixit anno 1017, id primum in Gallia celebrazze dicatur, si Demochari cre-*

### A

*Sacrosanctam Eucharistiam sacerdos celebraturus se præparet, et probet ; et ut minimum bis in mensa id faciat.*

### X.

*Feratur ægrotis vase honesto, et lumine antecedente et præeunte. Et quicunque peregrinari volunt illam ad viaticum susciant.*

### XI.

*Et cur ad mortem condemnatis renuitur, cum iis maxime conducat ad spem et securamen certi decessus, et præsentis agonis ?*

### XII.

*Qui ad ordines præmoveri volunt, habeant beneficium ad alimoniam sufficiens, idque ad examinatio nem virorum proborum et juratorum.*

### XIII.

*Nulli tonsura detur, nisi idoneo, et ad sacros ordines postea probabiliter ascensuro. Quid opus enim mittere panem filiorum canibus, et spiritalia mundi amatoribus ?*

### XIV.

*In matrimonio imago exstat sacrosancti conjugii inter Christum et Ecclesiam enati; ideoque vinculum est divinitus firmatum, quod multum confert ad felicitatem rei familiaris, ad pacem inter partes, et ad proles suscipendas (Ephes. v).*

### XV.

*Extrema unctione deferatur laboranti et petenti, eumque pastor in propria tæpius invitat, et pie visitet, eum ad futuram gloriam animando, et debita preparando.*

### XVI.

*De clericis, luceant sicut stellæ et perpetue claritates in firmamento Ecclesiae. Non sint ebrii, nugas, et secularibus immisti.*

### XVII.

*Nec mulieres alloquantur, aut domi retineant,*

*dimus; verum facile potuit fieri ut loco presbyteri a recentiori aliquo positum sit nomen pastoris, et festum illud ab aliquo forte adjectum. Scribit tamen sanctus Ildefonsus (qui eadem ætate vixit cum Sonnatio) in libro de Virginitate et Parturitione beatæ Mariæ Nativitatem ejus ex auctoritate totius Ecclesiae celebrari et venerari.*

*Sunt his statutis similia quæ scribit Jesse Ambianensis episcopus in epistola ad sacerdotes suæ diocesis, et constitutio Riculii Suessionum episcopi, quæ cum Ilmari opusculi edidit Joannes Cordesius. (Hæc Colverius in notis ad Flodoardum.)*

vivant in communi, et ad eis pauperi patentes in- A debita veneratione celebranda hæc sunt : Nativitas  
habitent. Domini, Circumcisio, Epiphania, Annuntiatio beatæ  
XVIII. Marie ; Resurrectio Domini cum die sequenti, Ascen-  
sio Domini, dies Pentecostes, Nativitas beati Joannis  
Baptistæ, apostolorum Petri et Pauli, Assumptio  
beatæ Mariæ, ejusdem Nativitas, Andreæ apostoli, et  
dies omnes Dominicales.

## XIX.

Suffragia defunctorum omnium servari præcipi-  
mus, et ne missarum solemnia, præter fundatorum  
mentem, alio modo convertantur.

## XX.

Sint episcopi fideles et assidui verbi Dei dispen-  
satores. In hoc enim eorum charitas dignoscitur, si  
gregem pascant exemplo et verbo.

## XXI.

Festa absque omni opere forensi excolenda, et cum

Ecclesiæ debite dotentur ad alimoniam pastori-  
et cleri, ut securius invigilent super gregem, et de  
ejus salute sint anxii et solliciti.

## XXII.

ANNO DOMINI DCXXV.

# V E R U S

RUTHENENSIS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN VERUM.

(Fabric. Bibl. med. et inf. statis.)

Verus, episcopus Ruthenensis in Galliis, qui an.  
625 concilio Rhemensi interfuit. Epistole ejus due  
ad Desiderium episcopum Cadurensem editæ sunt a  
Caasio, Lect. Ant. t. I, p. 648 et 649; ad ip:um

B vero date sunt epistole Sulpitii Severi, episcopi Bi-  
turicensis, *ibid.*, p. 645, et Ruricci Lemoviceni II, 22  
Adde Galtiam Christianam t. I, p. 201.

# VERI RUTHENENSIS EPISTOLÆ DUÆ.

(Can. Velt. Lect. tom. I.)

## I.

Dominu semper suo Desiderio papæ Verus pec-  
cator.

Jussorium vestrum accepimus una cum exemplari  
de litteris domui Sulpitii, ubi dominus innotuit quod  
istum placitum de ista synodo frater vester dominus  
Sulpitius alio tempore visus est immutasse. Nos hoc  
gratiae vestræ jani innotueramus per servo vestro  
Becobeno diacono, et postea per misso vestrig. Sed  
quia, Deo volente, dominus innotuit quod mea sug-  
gestio continebat, nos gratulati sumus quod de vestra  
felicitate votiva gaudia meruimus cognoscere. Interea  
reddimus profusum nostri famulatus officium, sup-  
plicantes, ut pro nobis Domini misericordiam exo-  
rare dignetis; et scipiis nos de vestra jubete felicitate  
consolare. Quia Dominus novit omnipotens quod ea  
quæ bona sunt, de vos semper audire et videre  
optamus. Annis multis vobis servare merear, apos-  
tolice Pater.

## II.

Domino illustri, et a nobis peculiarius suspicioendo,

pro Dei cultore domno Desiderio optimati Verus  
peccator.

Accedentem filium nostrum Leodoaldum diaconum,  
opportunum duximus ut dominationem vestræ cha-  
ritatis inquirere deberem, cum sciamus devotionem  
sanctæ animæ vestræ bona semper de parte nostra  
optare. Præsertim cum nos vestro præ omnibus pa-  
trocino potiamur. Propterea salutantes eminentiam  
vestram, rogamus ut sicut dum patrocinia vestra  
elegimus, et hactenus nos defensio protectionis  
vestræ insigne munivit, ita nunc quoque de con-  
ditione nepotum nostrorum, unde praefatum vobis  
suggerere rogamus, talem sollicitudinem atque in-  
stantiam apponatis; unde sicut nos vobis sumus, ita  
ipsos quoque acquiratis per omnia debitores. Reduc-  
etiam antefato, de vestre felicitatis eminentia, res-  
cripto reddito, nostram sollicitudinem dignamini  
relevare. Dominus noster Jesus Christus custodiat  
corpus et animam vestram in die examinis sui!  
Amen.